Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

in principio. Et erit in
die illa effundam super
domum David et super ha-
bitatores vrbis spiritum gra-
tie et precum et aspicient ad
me quem confixerunt et
plangent eum planctu quasi
super unigenitum: et dolebunt
se super eum ut doleri solet
in morte primogeniti.
In die illa magnus erit
planctus in vrbe sicut
planctus ad adremon
in campo mageddon et
dicetur ea. Quid sunt
plage iste in medio ma-
nuum tuarum? Et dicet.
Hijs plagatus sum in
domo eorum qui diligebant
me. Framea suscita-
tare super pastorem meum
et super virum cohherentem mihi
dicit dominus exercituum. Percu-
te pastorem et dispergentur
oues. Et conuertam
manum meam ad paruulos
et erit in omni terra di-
cit dominus. Partes due in
ea dispergentur et deficient
et tertia pars relinquetur
in ea. Et ducam tertiam
partem per ignem: et vram
eos sicut vritur argentum
et probabo eos sicut probatur
aurum. Ipse inuocabit
nomen meum: et ego
exaudiam eum. Dicam
populus meus es et ipse
dicet dominus deus me-
us
Dicit dominus deus in
diebus illis Ysaie. Ephe
Dicit ysaias dominus deus
aperuit michi aurem:
ego autem non contradico.
retrorsum non abij. Cor-
pus meum dedi percuten-
tibus: et genas meas vel-
lentibus. Faciem meam non
auerti ab increpantibus
et conspuentibus in me.
Dominus deus auxiliator
meus: ideo non sum con-
fusus. Ideo posui faciem
meam ut petram durissi-
mam et scio quia non